

ne potest opponi de spontanea renunciacione, quia ista concludit perditionem domini, & procedit q̄ hic, ut qui melius probat, obvincat. quod dicit verum Inno. etiam dato q̄ replicetur de non spontanea renunciacione. & quod dixi supra. quod non admittatur, restringit ad possessorium. secus si agatur petitorio. & hoc ideo, quia maius inferitur præiudicium, q̄ nunquam audiatur, quod secus in possessorio, quia possessio est momentanea. In glo. Pecuniæ, ibi, Pro expensis. No. istam gl. quæ facit contra opposentes se beneficio, ut recedat a lite obtinens ius solutionis expectatum facturum in acquisitione tituli beneficii. Ibi, Sed hoc falsum est. Dic q̄ si reus excipiens allegat interuentum pecuniæ, repellitur tanquam allegans turpitudinem suam, quando allegat interuentum pecuniæ ab eo, vel sua voluntate, secus si a tertio data fuit. si vero replicans contra renunciacionem alle. eodem modo repellitur. Si autem aliter vult se defendere in iudicio, ubi agitur possessorio, aut petitorio, si opponens fundaret se super validitate renunciacionis nec alia allegaret, obtineret agens, si allegaret cum priuadum propter simoniam, ex quo nõ est priuatum ipso iure, adhuc ad petitionem rei non impediretur restitutio, ut hic, licet iudex ex officio possit ipsum priuare & non restituere, quod no. inf. de proc. c. ex insinuacione. In glo. si. ibi, Per iuramentum. No. glo. q̄ exceptio iurisi. & liti finitæ non solum habet locum, quando iuramentum est iudiciale & præstitum in forma iudicii, sed etiam quando est extraiudiciale & præstitum coram superiore non in forma iudicii. Et not. q̄ ampliat illud. c. i. Etiam dicatis ibi de lit. cont. hodie. li. 6. In si. glo. No. gl. q̄ illud quod dicimus, quod contra confessum non est necessaria contestatio liti, vel aliquis ordinarius processus, ut no. glo. in c. dudum, il 2. de ele. cum concor. est verum non solum quando reus simpliciter cõfiteretur & contra petitem excipit, sed etiam quando confitetur, & cõtra petitem non excipit. Vltimo cum glo. vlt. videnda sunt duo, qualiter pronuncietur in hac causa, quidam dicunt pronunciantur super principali. Alii dicunt pronunciantur super accidentali. san. sponte, vel non sponte renunciasset. Videte, si exceptio spontaneæ renunciacionis opponatur ad processum, pronunciantur super hac causa ut emergenti. dicit glo. q̄ potest, quia exceptio iuramenti opponitur ad processum, de li. cont. c. i. lib. 6. Si opponatur ad merita, sufficit si pronuncietur super principali. Secundum dubium quomodo potuerit hic procedi ad diffinitiuam sententiam lite non cont. patet, quia sola exceptio renunciacionis fuit opposita, & non fuit lit. cont. potest dici primo q̄ exceptio spontaneæ abiurationis impediatur lit. cont. ar. in d. c. i. de lit. cont. lib. 6. vel hic reus confitebatur petitem & sic non erat necessaria alia lit. cont. & opponebat exce. spontaneæ abiurationis. Et hoc de lec. istius c. Anto.

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciatio sponte electioni de se facta super ea non auditur ulterius.
- 2 Sententia non præsumitur iniusta ex eo, q̄ sit lata contra probationes in actis factas.
- 3 Probationis species quot sint.
- 4 Pro sententia semper præsumitur, non tamen est præsumptio iuris & de iure. 10. 11.
- 5 Literis testimonialibus prelatorum an & quando credatur.
- 6 Sententia appellacionis lata super nouiter deductis quomodo feratur.
- 7 Sententia ex falsis actis, an & quando sit nulla, puta ex falsa relatione ad acta.
- 8 Sententia lata partim ex vera, partim ex falsa causa, sustinetur ex vera.
- 9 Sententia app. debet esse confirmatoria, vel infirmatoria.
- 10 Pro processu an & quando præsumatur.
- 11 Pro laudo semper præsumitur recte factum.
- 12 Solemnitas an & quando præsumitur tam in factis antiquis, quam recentibus.
- 13 Pro actibus qui geruntur per modum voluntariæ iurisdictionis an præsumantur.
- 14 In causa appellacionis quis probat, appellans, an appellatus.

C A P. VI.

In præsentia. ¶ Qui sponte renunciauit electioni suæ, super ea amplius non auditur. h. d. In prima ponit generalem causam confirmationis sententiæ. In secunda speciale, ibi. Quia tamen. In tertia confirmationem, ibi, Nos ei. Casus literalis. Dum inter quendam Abbatem possidentem ecclesiam, & monasterium, & quendam alium se Abbatem prætendentem questio vertere-

tur, causa fuit delegata quibusdam iudicibus, & finaliter causa decisa fuit, & sententiam pro possidente, & impositum silentium agenti. tandem ab hac sententia fuit appellatum per actorem, & causa fuit commissa iudicibus Dulmen. & cuidam alteri coniudici, coram quibus reus probauit per confessionem & etiam per quasdam literas episcopi, qualiter actor renunciauerat prædictæ ecclesiæ, nihil aliud fuit probatum per ipsum actorem vel reum, & sic deferta fuit appellatio. post hæc coram Papa actor productis actis & sententia petiit ipsam nullam pronunciari, & dictam Abbatiam sibi assignari, prætendens nullitatem sententiæ ex eo q̄ actis apparentibus nulla concluderetur causa ex eis, cum probasset intentionem suam, propter quam sibi silentium debuisset imponi. ergo ex actis apparebat iniustitia sententiæ, & sic nulla debebat decerni, Papa considerans q̄ ex eo non iustificabatur sententia, q̄ ex actis productis non appareat causa sententiæ, vel aliquid probatum, per quod sententia debet esse valida, cum iudex non semper applicet metem ad vnam speciem probationis, sed ex allegationibus, & confessionibus, & aliis quæ in eius præsentia proponuntur, firmet animi sui motum, vñ ex eo q̄ non appareat aliquid probatum, non includitur iniustitia, si illud assumat pro non probatione sufficiente, & dato q̄ non appareant probationes de eo quod sentiat, potuit ex aliis moueri, acta non concluderent necessario aperta iniustitiam. considerans etiam q̄ indubio pro sententia præsumitur, donec aliud probetur, per quæ apparet q̄ stante sententia quæ transiit in rem iudicatam, dato q̄ nihil probetur standum erat dictæ sententiæ, considerans q̄ super uacuo coram iudice appellacionis fuerat probatum per confessionem & literas qualiter dictus actor renunciauerat Abbatia, ei silentium imposuit Papa perpetuum. h. d. ¶ No. 1. q̄ ad concludendam iniustitiam sententiæ non sufficit ostendere ex actis probationem, contra quam sententia sit lata, quia non semper iudex in sententiando applicat mentem ad vnam speciem probationis. & quanta fides probationi adhibetur, pendet ex iudicis arbitrio, ff. de testibus. l. 3. q̄ alia potuit subesse species probationis, vel confessionis, vel allegationis, ad quam iudex animum applicauit, ad hoc de iud. c. sicut. Not. 2. finem probationis, quia eius finis est allicere animum iudicis, & eius mentem ad quid credendum firmiter applicare, & sic iudex iudicat ex his quæ credit, ad hoc de re iud. c. sicut, quia in hoc concordat quoad primum, & secundum. ¶ No. 3. multiplicem speciem probationis animum iudicis allicientem, prout confessio. dnt tamen Doc. q̄ confessio proprie non est probatio, sed probationis releuatio. C. de prob. super rub. de elec. c. bonæ, il 1. C. de prob. l. actor quod asseuerat. vbi per laco. de Are. & Cyn. Item testium depositio & allegatio, & sic ex allegationibus inducitur probatio, quod est verum, quando pars al legans est principalis, idem si aduocatus, idem si presente cliente & non reuocante, de appellatio. capit. cum causam. de cens. capit. cum olim. Item positiones. vnde si aliquid in positionibus ponitur, & pars confiteatur id habetur loco probationis. ¶ No. 4. q̄ pro iustitia sententiæ præsumitur.

A D D I T I O.

- a ¶ Confessio non est prob. Adde Ale. conf. 35. 1. lb. Adde istum in ru. de conf. & ibi Ioan. And. Fel. y. ibidem. col. pen. ver. vlt. reus secundo loco. Bald. in c. 1. s. vassillus, & in ca. 2. in si. de fe. hie. cont. inter do. & agn. in feu. Ro. in l. 1. amonendi. in 6. char. de iur. iuran. Hip. de Mar. fin. 1. 10. inci. Communis Doct. opi. & quod ibi no. in apo. ad ipsum. vbi concludit, q̄ post lapsas omnes dilaciones probationum potest nihilominus probari per aduersarij confessionem, alie. fin. dictum Inno. in cap. vlt. tertiam, de reit. idem tenet fac. Reb. in l. quicumque. na. 1. & in addit. ver. nisi per aduersarij confessionem, de apo. pu. l. 10. C. vbi tenet q̄ quamuis contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio, admittitur tamen probatio per aduersarij confessionem, quæ ut ibi di. i. non est probatio, sed probationis releuatio. Zacharias.
- ¶ Circa hoc an cõfessio dicatur esse probatio, dicas q̄ non proprie, sed releuatio ab onere probandi, ut per Io. An. in c. bonæ, de elec. & in l. ub. de preba. & per Pau. de Cain. conf. 173. & habetur per Bal. in c. 1. s. loci amonum, de conu. recti. feu. & per Ale. in leum qui in fin. prin. ff. de iure iu. & in l. Pu. blica in §. 1. ff. de pos. Dixit tamen D. Anto. de Buin. c. ff. de li. ob. q̄ confessio est similis probationi, quæ fit per instrumentum. Et dixit Bal. in l. in 3. q. C. de edi. di. Ad. rol. quod confessio æquipollet instrumentum, & habet executionem paratam, sicut instrumentum, quod voluit Bar. in l. 3. in 3. no. C. de confel. dixit tamen Bal. in l. ff. ex cautione. an. x. q. C. d. non nu. pe. quod confessio non inducit obligationem, sed probationem obligationis præterquam in mutuo per chirographum, & in dote secundum eundem Bal. in l. generaliter. in 1. q. 2. ff. de dote. C. eod. u. de non nu. pec. Ant. Fran.